



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XXVIII. Parænesis ad continuam præsentiaæ Dei cogitationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

## XXVIII. PARÆNESIS AD IVGEM

atque continuam præsentia Dei cogitationem.

**E**XORDIUM ab insigne dicto Michæl Prophetae: Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.

Vide P. Ioan.

Busans

Viridario,

in Virt.

c.6.v.2.

Prev.3.v.6.

in omni-

bus viis

tuis cogi-

quam Dei meminisse debeamus, te Auditores, ad

ta illum.

(Deum.)

PROPOSITIO: Cùm igitur Deum semper in animo habere, & non tam sèpè spiritum ducere, tuis cogitac- continuam Divinæ præsentiae cogitationem inicitaturum.

CONFIRM. I. Locus à nobilitate, præstantiq; hujus exercitii, quæ inde elucet, quod hominem multis modis Angelis similem reddit. PRIMO, quia proprium est Angelorum continenter contemplari faciem Patris qui in cœlis est. SECUNDÒ, quia cùm teste S. Gregorio, Angelorum alii sint assistentes Deo alii ministrantes, juxta illud Dan.7.v.10. Millia millium ministrabant ei & decies millies centena millia assistebant ei, homo per hoc exercitium, assistentium (qui sunt summi & intimi Dei aulici) potius munere fungitur, quam ministrantium. TERTIÒ, quia ut Angelorum dominium est cœlum, sic homo, qui assidue in animo contemplatur presentem Deum vel mentem suam facit cœlum, vel locum, in quo degit, exemplo Patriarchæ Jacob Geneseos 28. v.12. QUARTÒ, quia sicut Angeli, quando nobis conspicui redduntur, eximia luce sunt circumfusi: sic animus humanus quodam fulgore spirituali, dum præsens Deum assidue contuetur, illustratur. Haud secus quam corporalis vultus Moyses, ex consortio diuturnioris sermonis Dei, tam admiranda lucis perfusus est, ut populus Israëliticus aciem ocularum

Matt.18.10.

Moral.7.6.

Hom.34.m

Evang.

B. Ephram

Serm. de 2.

Adv. Dom.

Vide D.

Thomasa

part. I.

Mattb 28.

v.3.

Sicut ful-

Exod. 34.

v.29.

270 DE COGITATIONE

Iorum in eius obtutum conjicere non valeret, ad populum ei quicquam loquendi copia fieri nisi facie prius obvelata.

**II. Locus à multiplici fructu, quodrum Primus est; quod qui Deum menti impressum genitum non facile lapsurus sit in peccatum. Quis enim servus conscientius se à domino spectati, delinquat? Hinc S. Hieron. in Ezech. lib. 7. c. 22. Memoria Domini excludit omnia flagitia. Refert Simeon Metaphrastes. Ephræm hoc antidoto scortum quoddam publicum ex sordibus superioris virtutis ad virtutis studium revocasse. Nam cum impudenter eum ad secum dormiendum solicitasset, illeque respondisset, se contentum, modo id fieret in medio civitatis, atque illa contra ostendisset id bene summo pudore coram hominibus fieri non posse: Ephræm respondit: *Quanto minus fieri debet coram Deo, qui omnia, etiam occultissima iuetur.* Quo responso meretrix perculta, veniam supplex petiit facti, & ex consilio Ephræm Monasticæ virtutis in perpetuum se addixit. Si utile ad non delinquendum, cogitate hominem gravem nobis praesentem (ut Seneca epist. 11. ad Lucilium docet, quanto magis cogitare praesentem Deum; qui, ut ipse Seneca alibi fatetur, prope est a te, tecum est, intus est.**

**SECUNDUS** fructus est, quod hominis pectus egregie muniat adversus omnia impudentia pericula, tentationesque dæmonis, carnis, & mundi. Unde S. ille Job, metu omni posito, ad Dominum clamabat: *Pone me &c.* David. Et &c. Hac consideratione corroborata quondam B. Susanna, gravissimam temptationem lapsus carnis vicit. Eadem cogitatione armatus gloriosus populi Iudaici dux Judas Machabæus, omni fiducia in Deum projecta, clarissimam ex potentissimo hoste Nicanore victoriam retulit S. Anto-

*Psal. 24.*

*v. 15.*

*Oculi.*

*Psal. 9.*

*v. 72.*

*Non est*

*&c.*

*Impudens  
meretrix ex-  
pugnatur.*

*Senec. epist.  
10.*

*Sic vive  
cum homi-  
nibus, tan-  
quam Deus  
videat, sic  
loquere cum  
Deo, tan-  
quam homi-  
nes audiant.*

*Cap. 17 v. 3.*

*Psal. 12. v. 4.*

*Dan. 15. 20.*

*2. Mach. 15.*

*v. 16.*

*S. Athan.*

nio in quodam spirituali conflictu, quo & ipse vapulando, & dæmones eum dirissimè pene usque ad necem verberando, pariter defatigati fuerunt, hoc unum dolori erat, quod Deum sibi in certamine præsentem non fuisse existimaret. Nam mox ut Dominus se visendum præbuit, & duelli se spectatorem fuisse professus est, omnis mæror recessit, viresque animi cumulatores redierunt. Idemque fratribus suis affirmate solebat in avertendis omnibus Satanæ telis, firmissimum esse in Deo, præ oculis eum habendo, præsidium.

**T E R T I U S :** Exercitatione hac maximè hominis animus inflammatur ad amorem Dei, divinorumque mandatorum observationem.

**Q V A R T U S :** Est medium efficax ad consequendam brevi tempore Christianæ vel Religiosæ vitæ perfectionem. Quæcunque enim suppetunt media vel exercitia spiritualia ad perfeccas virtutes assequendas, in hoc uno, quasi in compendio quadantenus continentur. Huius operâ omnia vitæ spiritualis antidota obtineri queunt. Hoc unum Deiservum incitat, excitat, & inflammat, ut cætera media re ipsa exerceat, ut salutaria vel necessaria ad unas solidasque virtutes comparandas subhida requirat, ut lumen ad lustrandam mentem, & robur ad impellendam voluntatem à Divina Majestate, quam præsentem continenter cernit, impetrat. Quemadmodum enim cœlestia sidera à præsente sole, in quem obversa sunt, omnem mutuantur splendorem, quo & in se fulgent, & aliis fulgorem subministrant, ad certos effectus producendos in terris: sic homines justi & pii, qui instar stellarum in Ecclesia Dei collucent, ex perpetuo Dei, quem præsentem oculis mentis contemplantur, conspectu, lumine quodam divino

illu-

illustrantur, indiesque in virtutum studio progressus faciunt, omniumque virtutum verarum solidarumque splendorem aliis communicant, de quibus meritò dicit *Syr. c. 14. v. 22.* *Beatus vir quia sapientia morabitur, & in sensu cogitabit circumspitionem Dei.*

*Gth. 5. v. 22.* Enoch & Elias cur perfectionis suæ spirituæ remunerationem etiam in hac vita per translationum miraculosam in Paradisum sunt consociuti, nisi quia ille ambulavit cum Deo, hic in Dei conspectu stetit? Abraham jam nonagenario (quem omnium fidelium patrem & principem

*3. Reg. 71. v. 1* Deus destinarat) dictum est: *Ambula coram me Gen. 17.* *& esto perfectus, quibus verbis eius ipsi mandavi* *Matt. 5. 48.* *Vide in pra-* *sui in reliqua vita perpetuè esse memorem, sibi* *miss Virtutum exem-* *familiarem & obsequentem, quod citius perveniri* *plum Dosi-* *posset ad virtutum perfectionem. Et Christus* *zhae &c. in* *cum discipulos hortatus esset ad imitandum* *loco de Medi-* *Deum in summo dilectionis gradu, hoc est, dilig-* *gatione pra-* *endis inimicis, si vellet in numero filiorum eius* *senia Dei.* *censeri, mox subjecit: Estote ergo & vos perfecti, sicut* *Basil. in Reg.* *& pater, &c.*

*q. 21. 201.*

*306.*

*Basil. Reg.*

*q. 27.*

*Quintus:* Valet ad amoriendas omnes animi distractiones, tum in oratione mentali vel vocali, tum in aliis occupationibus externis, utis suo exemplo probavit S. Catharina Senensis, quæ, teste Reimundo, cor suum loco cubiculi usurpabat, in quo assidue Deum inter domesticos labores cernebat.

*Sextus:* Valet ad conservandam animi corporisque castitatem & virginitatem: valet ad refrænandos iræ motus: valet ad supplendas & compensandas omnes preces, quas gravitate vel morbi, vel occupationem quotidianarum impediti, persolvere non possumus.

*III. Locus à jucunditate, quia eximiam quan-* *dam latitudinem spiritualem conciliat homini pietatis*

tis studio. Unde pius David, cùm dixisset: *Pro- Psal. 15. v. 8.*  
*videbam, &c. subjunxit: Propter hoc, &c. q. d. quo-*  
*niam ob oculos perpetuò habui Dominum meum,*  
*tanquam ducem, directorem, & defensorem me-*  
*um, spem desperantium, vindicem oppressorum*  
*tanto perfusus sum gaudio, ut lingua erumperet*  
*in hymnos aliasq; divinas laudes.*

Rex Iosas, quoniam populum Dei multis affe-  
cerat beneficiis cultumq; divinum maximo stu-  
dio promoverat, jucundissimam nominis sui apud  
posteros reliquit memoriam; sic ut Ecclesiasti-  
cus c. 49. v. i. hoc quasi Epitaphium ei scripsit:  
*Memoria Iosie in compositione odoris facta opus pi-*  
*gmontarii, In omni ore quasi mel indulcabitur ejus m-*  
*moria, & ut musica in convivio vini. Syrac. 24.*  
*in Cant.*

ut primùm religiosam vitam est complexus,  
quemadmodum ipse fatetur, solo sodalium reli-  
gioſorum conſpectu, vel eriam recordatione eo-  
rundem, cùm longius abeſſent, vel vita defuncti  
eſſent, tantopere exultabat, ut mente omni suavi-  
tate delibera, oculi à lachrymis se continere non  
poſſent. Si memoria hominis justi aspectusve tan-  
to hominem perfundit gaudio, quod videatur fibi  
cernere eximias virtutes, donaq; cœlestia, quibus  
ille à Deo fuit ornatus, quid non efficiet spiritua-  
lis intuitus recordatioq; Dei, qua anima contem-  
platur in eo immensam sapientiam, omnipoten-  
tiam bonitatem, pulchritudinem, aliasq; innume-  
ras pereſpectiones?

IV. *Locus à necessitate.* Magno enim salutis  
discrimine hoc exercitium tenere negligitur.  
Hinc cùm Rex David de impio dixisset: *Non est Psal. 9. v. 27.*  
*Deus in conſpectu ejus mox adjunxit, inquinata ſunt*  
*vita illius in omni tempore.* Angelorum princeps  
Lucifer, quamdiu oculos à Deo ſuo non deflexit,  
ſalvus & ſecurus conſtitit; ut primum verò eos  
in ſe convertit, ilicè ad Inferos detractat eſt ſu-

Pars I.

H

per-

>

perbia eius, ignibus addicta sempiternis. Adam & Eva primi parentes nostri, quamdiu assiduè fuête cum Deo, felices fuêre, quamprimum veð Eva in serpente se obvertit, & Adam in mulierem, ambo verò in pomum vetitum, se, posterosque suos in has æruntias deturbâunt. Palladius commemorat, sè, cum aliquando adiuncto comite, Monachum quendam religiosissimum in viseret, nomine Dioclem, inter alia, hoc documentum ab eo accepisse, hominem ipsum, quamprimum à Divinæ præsentia contemplatione cessavit, continuò fieri vel dæmonem, vel bestiam: bestiam quidem, si cum Adam & Eva succumbâ tentationibus carnalium illecebrarum; dæmonem verò si arrogantiæ, iracundiæ, invidiæ, & similium.

*In Hist.  
Lanc. cap.  
98.*

*In Proœmio  
Dial.  
De Moysè,  
Ezechia,  
& alius vide  
Triumphum  
Virtutum.*

V. Locus ab exemplis eorum Sanctorum, qui in hoc exercitio excelluerunt. Exempla enim sapientia movent, quam verba, ut ait S. Greg. De Enoch. Elia, Abraham, Davide dictum est: de Abel scribit Josephus, (1. Antiq. c. 4.) cum idcirco Deo gratissimum extitisse, quod in omnibus actionibus suis Deum præsentem reputavit. Nam (Gen. 6. v. 9.) vir justus atque perfectus dicitur, qui cum Deo ambulavit. Nonne Joannes Baptista, quia (uti Angelus de ipso prædictus, Luc. 1. v. 15) magnus erat coram Domino, & similis Eliæ semper stanti in conspectu Domini: item quia (ut de eodem repletus Spiritu Sancto prædictus Zacharias Luc. 1. v. 76. ante faciem Domini parabit vires ejus, nonne, inquam, hic debeat assidue præsentem Dominum contueri? Quomodo poterat a dulcissima contemplatione Dei divelli gloriosissima Dei Mater Virgo Maria, cum qua Dominus erat, quam *Virtus altissimi* obumbrabat, in quam Spiritus Sanctus supervenerat, quæ Christum Deum in utero conceperat, & novem mensibus gesta.

Adam  
assidue  
in veit  
mulic  
steros  
lladiis  
sto co  
um in  
docu  
quam  
ne cer  
ftiam.  
umbra  
dæmo  
e, & li  
., qui  
n scep  
De b  
: de  
iden  
nibus  
t. Na  
, quia  
prista  
v. 15.)  
emper  
ut de  
acha  
t vina  
æsen  
erat à  
iosis.  
minu  
quam  
stum  
sibus  
esta.

gestarat, quæ cum & coram Christo triginta, eoque amplius annis continenter vixerat, & riderat in colum ascendente.

De Apostolo Paulo, cuius pectus amore Christi Crucifixi perpetuo bulliebat, nemini dubium esse potest, cum Divinum Numen semper praecolum gestasse, ut ipse non obscurè sententiis quibusdam iudicavit, ut illa ad Philip. 3. v. 20. *Nostra conversatio in cœlis est, unde. &c.* Et illa ad Hebr. 13: 14. *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* B. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus eburneam B. Virginis icunculam, in cuius ambitu descripta erant vitæ & passionis Christi mysteria, semper è collo suspensam gestabat, ne Dei Deiparaeq; oblio inter litterarias occupationes aliquando obreperet.

In Ep. ad Cor. 1. o. 6. cohortaberis Auditores, ut hoc dominum longè nobilissimum contemplandi ubique præsentem semper Deum, per Christi infinitam misericordiam passionisq; merita ardenter à Deo postulent, cogitationes suas, piaque desideria in Deum semper conjiciant, & amato toto pectore adhærescant: cum ea amoris sit natura, ut, si ardens sit, magna vi amantem transferat in rem amatam, ac unum quid cum ea efficiat.

### XXIX. LAVS COGNITIO- nis Dei.

**I**N EXORDIO dices, Spiritum Sanctum in Scripturis Divinis triplicem Dei cognitionem patet esse: imperfectam, seu huius vitæ, de qua S. Paulus ait: *ex parte cognoscimus: perfectam, seu alterius vitæ de qua idem Paulus: Videmus, ait, I. Cor. 13. 12.* nuna per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: & perfectissimam, qua Dei essentia omnia- que cius attributa & perfectiones exactissime

H 2 cognoscimus.